

**U**erbis do-  
mini quod factus est ad  
Osee filium beeri in die-  
bus ozie ioathan achaf  
ezechie regum iuda et in  
diebus hieroboam filij  
ioas regis isrl. **P**ri-  
nci-

pium loquedi dno in osee. Et dixit domus ad  
osee. Vade sume tibi vxorem fornicationum  
et facti tibi filios fornicationis: quia fornicans for-  
nicabit terra a dno. Et abiit et accepit gomer  
filia de belaim. et coepit et pepit ei filium. Et  
dixit dnus ad eu. Voca nomen eius iezebel.  
Quia adhuc modicum: et visitabo sanguine ieze-  
bel sup domum iehu: et desecere faciam regnum  
domus isrl. Et in illa die cotera arcum isrl: i val-  
le iezebel. Et coepit adhuc et pepit filiam.  
Et dixit ei. Voca nomen eius absque misericor-  
dia. Quia non addam ultra misereri domui isrl  
sed obliuioe obliuiscar eorum. Et domui iuda  
miserabor: et saluabo eos in dno deo suo: et non  
saluabo eos in arcu et gladio et in bello et in ei-  
quis et in equibus. Et ablactauit ea que erat  
absque misericordia. Et coepit et pepit filium.  
Et dixit ei. Voca nomen eius non populus meus.  
Quia vos non populus meus: et ego non ero vobis deus.  
Et erit numerus filiorum isrl quasi arena maris  
quae sine mensura est: et non numerabitur. Et erit in  
loco vbi dicebat eis non populus meus vos: dice-  
tur eis filij dei viuentis. Et congregabunt filij  
iuda. et filij isrl pariter: et ponent sibi met ca-  
put vniuersum: et ascendent de terra: quia magnus  
dies iezebel.

**D**ixit fratribus vestris populus meus: et so-  
rores vestras misericordiam consecuta.  
Iudicate matrem vestram iudicate: quoniam  
ipsa non vxor mea: et ego non vir eius. Auferat  
fornicationes suas a facie sua: et adulteria sua  
de medio vberum suorum: ne forte expoliam eas  
nudam et statuam eam sicut diem natiuitatis sue. Et  
ponam eam quasi solitudinem: et statuam eam velut ter-  
ram inuiam et interficiam eam sicut: et filiorum illius non  
miserabor: quoniam filij fornicationum sunt. quia forni-  
cata est mater eorum. Confusa est quae concepit eos  
quia dixit: Vadam post amatores meos qui dant  
panes mihi: et aquas meas: et lanam meam: et linum  
meum: oleum meum et potum meum. Propter hoc ecce  
ego septima via tua spinis: et septima eam maceria.  
Et semitas suas non inueniet et sequetur amato-  
res suos et non apprehendet eos: et quare eos et  
non inueniet. Et dicet. Vadam et reuertar ad virum  
meum priorem: quia bonus mihi erat tunc magis quam  
nunc. Et haec nesciuit. quia ego dedi ei frumentum  
et vinum et oleum: et argentum multiplicavi ei et aurum  
quod fecerunt baal. Idcirco conuertar et sumam fru-

mentum meum in tempe suo: et vinum meum in tem-  
pore suo: et liberabo lanam meam et linum meum quod  
operiebatur ignominiam eius. Et nunc reuelabo  
stultitiam eius in oculis amatorum eius: et vir non  
eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne  
gaudium eius solennitatem eius: neomeniam eius: sab-  
batum eius: et omnia festa tempora eius. Et corruptam vineam  
eius et ficum eius. De quibus dixit. Percedes he-  
mee sunt quos dederunt michi amatores mei. Et  
ponam eam in saltum: et comedet eas bestia agri. Et  
visitabo eam super dies baalim quibus accende-  
bat incensum: et ornabat in aure sua et monili  
suo: et ibat post amatores suos: et mei obliuiscer-  
ebat dicit dominus. Propter hoc ecce ego lacta-  
bo eam et ducam eam in solitudinem. Et loquar ad cor eius  
et dabo ei viuitores eius ex eodem loco: et val-  
lem achor ad apiendam spem. Et canet ibi iuxta  
dies iuuentutis sue: et iuxta dies ascensionis sue  
de terra egypti. Et erit in die illo ait dominus: voca-  
bit me vir meus: et non vocabit me ultra baalim.  
Et auferam nomen baalim de ore eius: et non re-  
cordabitur ultra nominis eorum. Et percussam cum eis fe-  
dus in die illa: cum bestia agri et cum volucre ce-  
li: et cum reptilibus terre. Et arcum et gladium et bellum  
propter terram de terra: et dormire eos faciam fiducialiter.  
Et sponsabor te mihi in sempiternum: et sponsabor  
te mihi in iusticia et iudicio et in misericordia et  
miserationibus. Et sponsabor te mihi in fide: et sci-  
es quia ego dominus. Et erit in die illa exaudiam dicentem  
dominus: et exaudiam celos: et illi exaudient terram  
et terra exaudiet triticum et vinum et oleum: et haec  
exaudient iezebel. Et seminabo eas michi in  
terram: et miserabor eius quod fuit absque misericordia.  
Et dicam non populo meo populus meus est  
tu: et ipse dicit deus meus es tu.

**E**t dixit dominus ad me. Adhuc vade et  
dilige mulierem dilectam amico et adulte-  
ram: sicut diligit dominus filios israel: et ipsi  
respiciunt ad deos alienos et diligunt vinaciam  
vuarum. Et fodi eam mihi quoddecim argenteis:  
et choro hordei et dimidio choro hordei: et di-  
xi ad eam. Dies multos expectabo me. Non forni-  
caberis: et non eris viro: sed et ego expectabo  
te. Quia dies multos sedebunt filij israel sine rege  
et sine principe et sine sacrificio et sine altari et si-  
ne ephod et sine theraphin. Et post haec reuer-  
tentur filij israel: et querent dominum deum suum  
et dauid regem suum: et pauebunt ad dominum et ad  
bonum eius in nouissimo dierum.

**A**udite verbum dominum filij israel: quia iudici-  
um domino cum habitatoribus terre. Non  
est enim veritas et non est misericordia: et  
non est scia dei in terra. Maledictum et maledicium  
et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt  
et sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc luge-  
bit terra: et infirmabit omnis qui habitat in ea. In

bestia agri et in volucre celi: sed et pisces maris congregabunt. Veritatem vniuersis non inuenerit et non arguat vir. Populus enim tuus sicut hi: qui contradicunt sacerdoti. et courues hodie: et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus: eo quod non habuerit sciam. Quia tu sciam repulisti: repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: glaz eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedet: et ad iniquitatem eorum subleuabunt alas eorum. Et erit sicut populus. sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius: et cogitationes eius reddam ei. Et comedet et non saturabitur. Fornicati sunt et non cessauerunt: quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit: et baculus eius annunciat et spiritus enim fornicationum decepit eos: et fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrificabant: et super colles accedebant thymiana subtus quercum et platanum et therebinthum: quia bona erat umbra eius. Ibi fornicabunt filie vestre et spose vestre adultere erunt. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicate: et super sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus quiescebant: et cum effeminatis sacrificabant. Et populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu israel non delinquit saltem iuda. Et nolite ingredi in galgala: et ne ascenderitis in bethaue neque iuraueritis: viuit dominus. Quoniam sic vacca lasciuens declinauit israel. Nunc pascet eos dominus: quasi agnum in latitudine. Particeps idolorum effrai dimitte eum. Separatum est conuiuium eorum fornicatione fornicati sunt. dilexerunt asserre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis: et confundentur a sacrificiis suis.

**A**udite hoc sacerdotes: et attendite domus israel: et domus regis auscultate. quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus factus estis speculatores: et sicut rete expansum subter thabor et victimas declinastis in profundum. Et ego cruditor: oim eorum. Ego scio effrai: et israel non est absconditus a me. Quia nunc fornicatus est effrai: et amariatus est israel. Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum: et dominum non cognouerunt. Et ridebit arrogancia israel in facie eius: et israel et effrai ruent in iniquitate sua. Ruet etiam iudas cum eis. In gregibus suis et in armis suis vadet ad querendum dominum: et non inueniet. Ablatus est ab eis. In domino puaricati sunt: quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mens cum prius suis. Clagite buccina in gaba

tuba in rama. Ululate in bethauen: prope tergum tuum beniamin. Effrai in desolatione erit. In die correptionis in tribubus israel ostendi fide. Facti sunt principes iuda quasi assumptes terminum. super eos effundam quasi aquam iram meam. Caluniam patiens est effrai fractus iudicio: quoniam cepit abire post fordes. Et ego quasi tinea effraim et quasi putredo domui iuda. Et vidit effrai languorem suum: et iudas vinculum suum. Et abiit effraim ad assur: et misit ad regem yltore. Et ipse non poterit sanare vos: nec soluere poterit a vobis vinculum. Quoniam ego quasi leena effrai: et quasi catulus leonis domui iuda. Ego ego capiam et vadam: tollet lamet non est querat. Vadens reuertar ad locum meum donec deficiat: et querat faciem meam. VI

**T**ribulatione sua mane confurgent ad me. Venite et reuertamur ad dominum: quia ipse cepit et sanabit nos: percutiet et curabit nos. Viuificabit nos prope dies duos: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius: sciemus sequimurque ut cognoscamus dominum. Quasi diluculum prepatatus est egressus eius: et veniet quasi imber nobis tempore et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim quod faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane transiens. Propet hoc dolui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia tua quasi lux egredient. Quia misericordiam volui et non sacrificium et scientiam dei plusquam holocaustum. Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum ibi puaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine: et quasi fauces virorum latronum. Particeps sacerdotum in via interficientium pergetes de sichen. quia scelus operati sunt. In domo israel vidi horrendum. Ibi fornicationes effraim et amariatus est israel. Sed et iuda pone messem tibi: cum conuertero captiuitatem populi mei. VII

**Q**uoniam sanare vellem israel: reuelata est iniquitas effraim: et malicia samarie quia operati sunt mendacium. Et fur ingressus est spoliis: latrunculus foris. Et ne forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circudederunt eos adiuuantes sue: coram facie mea facte sunt. In malicia sua letificauerunt regem: et in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes quasi clibanus successus a coquente. Quiteuit paululum ciuitas a commixtione fermenti donec fermentaret totum. Dies regis nostri. Leperunt principes furere a vino. Extendit manum suam cum illusoribus. quia applicuerunt quasi clibanum cor suum cum insidiare eis. Tota nocte dormiuit coquens eos: manet ipse successus quasi ignis flamma. Omnes calesfacti sunt quasi clibanus: et deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt. non

est q̄ clamet in eis ad me. **E**ffraim in populis ip̄e cōm̄iscēbat̄. **E**ffraim fact⁹ est s̄bcinericius panis: q̄ nō reuerfat̄. **C**omederūt alieni robur eius: ⁊ ip̄e nesciuit. **S**⁊ ⁊ cani effusi sunt in eo ⁊ ip̄e ignorauit. **E**t humiliabit̄ sup̄bia isrl̄ in facie eius. **N**ec reūsi sunt ad dñm̄ deum suū: ⁊ nō q̄sierunt eum in oībus his. **E**t factus est effraim q̄si columba seducta non habens cor. **E**gyptū inuocabāt: ad assyrios abierunt. **E**t cū p̄fecti fuerint: expandā sup̄ eos rete meuz ⁊ q̄si volucrē celi detrahā eos. **C**edā eos p̄m̄ auditionē cetus eorū. **T**e eis: qm̄ recesserunt a me. **V**astabūt: qz p̄uaricati sunt i me. **E**go redemi eos ⁊ ip̄i locuti sunt p̄tra me mēdacia. **E**t non clamauerunt ad me in corde suo: sed v̄lulabāt in cubilib⁹ suis. **S**up̄ triticū ⁊ vinū rumiuabāt et recesserūt a me. **E**t ego erudiui eos: ⁊ p̄fortauī brachia eorū: ⁊ in me cogitauerunt maliciā. **R**eūsi sunt vt essent absqz iugo: facti sunt q̄si arcus dolosus. **C**adēt in gladio p̄ncipes eorū a furore lingue sue. **I**sta substantio eorū in terra egypti. VIII

**I**n gutture tuo sit tuba q̄si aqla super domū dñi: p̄ eo q̄ transgressi sunt fedus meū: ⁊ legē meā p̄uaricati sunt. **A**be inuocabūt de⁹ me⁹: ⁊ cognouim⁹ te isrl̄. **P**roiecit isrl̄ bonū: inimicus persequet̄ euz. **I**pi reguerūt ⁊ nō ex me: p̄ncipes extiterūt: ⁊ nō cognoui. **A**urū suū ⁊ argentū suū fecerunt sibi idola vt interirēt. **P**roiect⁹ est vitulus tuus samaria. **G**ratius est furor me⁹ i eis. **V**sqz q̄ non poterunt emundari. **Q**uia ex isrl̄ ⁊ ip̄e est. **A**rtifex fecit illuz: ⁊ nō est de⁹. **Q**uā in aranearū telas erit vitulus samarie: qz vt tūm seminabūt ⁊ turbinē metēt. **C**ulm⁹ stās: nō est in eo germen: nō faciet farinā. **Q**d et si fecerit: alieni comedent eā. **D**euoza⁹ est isrl̄. **N**ūc fact⁹ est in natōib⁹ q̄si vas immundum. qz ipsi ascenderūt ad assur. **O**nager solitari⁹ sibi effraim. **M**unera dederunt amatoribus suis: s̄ ⁊ cū mercede p̄durerūt natōes. **N**unc p̄gregabo eos ⁊ q̄scent paulisp̄ ab onere regis ⁊ p̄ncipū. **Q**uia multiplicauit effraim altaria ad peccandū: facte sunt ei are in delictum. **S**cribā ei multiplices leges meas: q̄ velut aliene cōputate sunt. **H**ostias offerent: immolabūt carnes ⁊ comedēt: ⁊ dñs nō suscipiet eas. **N**ūc recordabit̄ iniquitatis eorum: ⁊ visitabit peccata eorū. **I**pi in egyptū p̄tēt. **E**t oblitus est isrl̄ factori sui: ⁊ edificauit delubra: et iudas multiplicauit vrbes munitas. **E**t mittā ignē in ciuitates ei⁹: et deuoza⁹ bit edes illius.

**N**oli letari isrl̄: noli exultare sic IX  
populi: qz fornicat⁹ es a deo tuo. **D**ilexisti mercedes sup̄ oēs areas tritici. **A**rea ⁊ torcular nō pascet eos: ⁊ vinum men-

tiēt eis. **N**ō habitabunt in terra dñi. **R**euer-  
sus est effraim in egyptum: ⁊ in assyrijs pollu-  
tum comedit. **N**ō libabunt dño vinum: ⁊ nō  
placebunt ei. **S**acrificia eorū q̄si panis iugen-  
tium. **O**mēs qui comedēt eū p̄taminabunt:  
qz panes eorū aie ip̄oz: nō intrabunt i domū  
dñi. **Q**uid facietis in die solēni in die festiui-  
tatis domi: **E**cce em̄ p̄fecti sunt a vastitate.  
**E**gyptus cōgregabit eos: memphis sepeliet  
eos. **D**esiderabile argētuz eorū. **V**itica heredi-  
tabit: lappa in tabernaculo eorū. **V**enerūt dies  
visitatōis: venerunt dies retributionis. **S**ci-  
tote isrl̄ stultum: p̄phetaz insanum. virum  
spiritalē. **P**ropt̄ multitudinē iniquitatis tue: ⁊  
multitudinē amentie. **S**peculator: effraim cum  
deo meo p̄pheta: laque⁹ ruine factus est sup̄  
oēs vias eius. **I**nsania in domo dei ei⁹. **P**ro-  
funde peccauerunt sicut in dieb⁹ gabaa. **R**e-  
cordabit̄ iniquitatis eorū: ⁊ visitabit peccata  
eorum. **Q**uasi vvas in deserto inueni isrl̄: q̄si  
p̄ma poma ficulnee in cacumine ei⁹ vidi p̄res  
eorum. **I**psi autē intrauerunt ad beelphegor  
⁊ abalienati sunt in cōfusione ⁊ facti sunt ab-  
ominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. **E**ffraim q̄si  
auis auolauit. **G**la eorū a partu: ⁊ ab vtero:  
⁊ a cōceptu. **E**t si enutrierit filios suos. abs-  
qz liberis eos faciā ab homibus. **S**⁊ ⁊ ve eis:  
cū recessero ab eis. **E**ffraim vt vidi ty⁹ erat  
fundata in pulchritudine. **E**t effraim educet  
ad interfectorem filios suos. **D**a eis domine  
**Q**uid dabis eis? **D**a eis vvlūā sine liberis.  
⁊ vbera arentia. **O**ēs neq̄tie eorū in galgal.  
qz ibi exolos habui eos. **P**ropt̄ maliciā ad  
inuētionū eorū: de domo mea eijciā eos. **N**ō  
addam vt diligā eos. **O**ēs p̄ncipes eorū re-  
cedentes. **P**ercussus est effraim: radix eorū  
exiccata est. **F**ructuz neq̄q̄ faciet. **E**t si ge-  
nuerint interficiāz amantissima vteri eorum.  
**A**bijciet eos dñs de⁹ me⁹: qz nō audierūt euz  
et erunt vagi in nationibus. X

**V**itis frōdosa isrl̄: fructus adeq̄tus  
est ei. **S**cđm̄ mltitudinē fructus sui  
multiplicauit altaria. iuxta vbertatē  
terre sue exuberavit simulacris. **D**iuifum est  
cor eorū: nūc interibūt. **I**pe confringet simu-  
lakra eorū: dep̄labit̄ aras eorū. **Q**uia nunc  
dicēt nō est rex nob. **N**on em̄ timemus dñm̄.  
**E**t rex qd faciet nob? **L**oqm̄ vba visionis i  
utilis ⁊ ferietis fedus euz mendacio ⁊ germi-  
nabit quasi amaritudo iudiciuz super sulcos  
agri. **V**accas bethauen coluerunt habitato-  
res samarie. **Q**ui luxit sup̄ euz p̄plus eius: et  
editui eius sup̄ eū exultauerunt in gloria ei⁹.  
quia migravit ab eo. **S**iquidez ⁊ ip̄e in assur  
delatus est munus regi vltori. **C**ōfusio effraim  
capiet: ⁊ p̄fundet̄ isrl̄ in volūtate sua. **T**rāsi-

re fecit samaria regē suū q̄si spumā sup facies aq̄. Et dispdent̄ excelsa idoli peccatum israel. Lapa et tribulus ascēdet sup aras eozuz. Et dicent̄ mōtib⁹ operite nos: et collibus: cadite sup nos. Ex diebus gabaa peccauit israel. Ibi steterūt. Nō cōphendet eos in gabaa plium sup filios iniquitatis. Iux̄ desideriu meū corripiam eos. Cōgregabunt̄ sup eos ppli: cū corripient̄ pp̄t̄ duas iniquitates suas. Effrai vitula docta diligere tritura: et ego transui super pulchritudinē colli ei⁹. Ascendā sup effraim. Arabit iudas: et friget sibi sulcos iacob. Seminate vob̄ in iusticia: et metite in ore misericordie: et inouate vob̄ nouale. Tps aut̄ req̄rēdi dñm q̄ venerit cuz docebit vos iusticiam. Abrastis impietate: i iniquitate messuisti: comeditis frugē mēdaciū. Quia cōfusus es in vijs tuis: et in multitudine fortiu tuozū: et surget tumultus i plo tuo: et oēs munitiones tue vastabūt sic vastar̄ est salmana. a domo ei⁹ q̄ vindicauit baal i die plij m̄re sup filios allisa. Sic fec̄ vob̄ Bethel: a facie militie neq̄tiarum v̄rarū.

**S**icut mane trāsit. p̄trāsit rex israel: qz puer israel et dilexi eū. et ex egypto vocauit filiū meū. Vocauerūt eol sic abierūt a facie eozū. Baalim immolabant et simulachris sacrificabāt. Et ego q̄si nutricius effraim portabā eos i brachijs meis: et ne scierūt q̄ curarē eos. In funicul adam trahā eos: in vincul charitat̄. Et ero eis quasi exaltans iugū sup maxillas eozuz et declinaui ad eum vt vscerēf. Nō reuiter̄ in terrā egypti et assur ip̄e rex ei⁹ qm̄ noluerunt conūti. Lepit gladius in ciuitatib⁹ eius: et cōsumet electos ei⁹: et comedet capita eozuz. Et pls meus p̄debit ad reditū meū. Fugū aut̄ imponef eis sit: qd̄ nō auferēf. Quō dabo te effraim. p̄tegam te israel: Quō dabo te? Sicut adama: ponam te vt seboim. Cōsum est in me cor meū parit̄ et turbata est penitudo mea. Nō faciam furozē ire mee. Nō puertar vt dispdā effrai: qm̄ deus ego et nō hō. In medio tui sanctus et nō ingrediar ciuitatē. Post dñm ambula bunt. Quasi leo rugiet: qz ip̄e rugiet et formidabunt filij maris. Et auolabunt q̄si auis ex egypto: et q̄si colūba de terra assirioz: et collo cabo eos i domibus suis dicit dñs. Circūdedit me effraim in negociatōe: et in dolo dom⁹ israel. Judas aut̄ testis descendit cum deo et cum sanctis fidelibus.

**E**ffraim pascit v̄tum et sequit̄ estum. Lota die mendaciū et vastitatē mlti multiplicat. Et fed⁹ cū assyrijs inijt et oleuz i egyptū ferebat. Iudiciuz q̄ dñi cum iuda et visitatio sup iacob. Iux̄ vias eius et iux̄ aduentiones eius reddet ei. In ytero suplāta

uit frat̄e suum: et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum: et cōfortatus est. Fleuit: et rogauit eum in Bethel inuenit eum: et ibi locutus est nobiscum. Et dominus deus exercituum: dñs memoriale eius. Et tu ad dñm deum tuum cōuerteris. Misericordiā et iudiciū custodi: et spera in deo tuo sp̄. Chanaan in manu ei⁹ statera dolosa calumniā dilexit. Et dixit effrai. Verūtamē diues effect⁹ sum: inueni idolū mihi. Oēs labores mei nō inueniēt mihi iniquitatem quam peccaui. Et ego dñs deus tuus ex t̄ra egypti. Adhuc sedere te faciā in tabnacul: sic in diebus festiuitatis. Et locut⁹ sum sup pphetas et ego visionē mltiplicauit: et in māu ppharuz assimilatus sum. Si galaad idoluz: q̄ frustra erāt in galgal bob⁹ immolātes. Nam et alta ria eozuz q̄si acerui sup sulcos agri. Fugit iacob in regionē syrie: et fuit israel in vxore: et in vxore fuit. In ppha autem eduxit dñs israel de egypto: et in ppheta fuit est. Ad iracundiā me puocauit effraim in amaritudinibus suis: et sanguis ei⁹ sup eū veniet: et op̄ b̄ruū ei⁹ restituet ei dñs deus suus.

**I**te quēte effraim. horroz inuasit israel et deliquit in baal et mortu⁹ ē. Et nūc addiderūt ad peccādum: fecerūtq̄ sibi p̄statile de argento suo quasi similitudines idolorū. Factura artificū totū est. His ipsi dicunt. Immolate homies vitulos adorantes. Idcirco erūt q̄si nubes matutia: et sic ros matutin⁹ p̄teries. Sicut puluis turbie rapt⁹ ex area: et sicut fum⁹ de fumario. Ego autē dñs deus tuus ex t̄ra egypti: et deum absq̄ me nescies: et saluator nō est p̄ter me. Ego cognoui te in deserto: in terra solitudinis. Iux̄ pascua sua adimpleti sunt: et saturati sunt. Et cleua uerunt cor suuz: et oblit̄i sunt mei. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assyrioz. Occurram eis q̄si vrsa raptis catulis et dirū pam interiora iecoris eoz. Et cōsumam eos ibi q̄si leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua israel. tatum nō in me auxiliū tuum. Ubi est rex tuus? Maxime nūc saluct te in omnibus vrbibus tuis. Et iudices tui de quibus dixisti da mihi regē et p̄ncipes. Dabo tibi regem in furore meo: et auferaz i indignatione mea. Colligata est iniquitas effrai: absconditum pctm̄ eius. Dolores parturientis venient ei. Ipe fill⁹ nō sapiēs. Nunc em̄ nō stabit in contritōe filiozū. Demāu mort̄ liberabo eos: de morte redimam eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Cōsolatio abscondita est ab oculis meis: qz ip̄e inē fratres diuidet. Adducet v̄rētē v̄tum dñs de deserto ascendentes: et siccabit yenas eius: et desolabit

fontem ei: et ipse diripiet thesaurū oīs vasis desiderabilis.

XIII

**P**reat samaria: quā ad amaritudinez cōcitavit deū suū. In gladio pereat. Paruuli eorū elidant et fete ei? scindant. Couertere isrl ad dñm deū tuū: quāiam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscū verba et quertini ad dñm: et dicite ei. Omnē aufer iniquitatē: et accipe bonuz: et reddem? vultus labioꝝ nꝛoꝝ. Assur nō saluabit nos. Super equū nō ascendemus: nec dicemus vltra dñi nꝛi opa manūū nostrarū. qz ei? q in te cōmisereris populi. Sanabo pꝛitiones eoz dī ligam eos spōtaneē. qz auersus est furor me⁹ ab eis. Ero q̄si ros. Et isrl germinabit sic liliuz: et erūpet radix eius vt libani. Ibunt rami ei? et erit q̄si oliua glā eius. et odor ei? vt libani. Conitens sedentens in vmbra ei?. viuēt tritico. Et germinabūt q̄si vinea: memoriale ei? sicut vinū libani. Effraim qd mihi vltra idola: Ego exaudia et dirigā eū: ego vt abietem virentē: ex me fruct⁹ eius inuent⁹ est. Quis sapiens et intelliget ista: intelligens et sciet hec. Quia recte vie dñi et iusti ambulabunt in eis pꝛuaricatores nō corruēt in eis.

Explicit Osee ppheta

Incipit plogus in Jobel ppheta.

**S**anctus Jobel apud hebreos post osee ponit. Et sicut ibi s̄ noie effraim ad decē trib⁹ p̄ferit vaticiniū: q̄ vel samaria vt isrl sepe memorat. sic hūc ppheta tam oē qd dicit ad tribū iuda et ad hierlm p̄tinere credēdū est et nullā oīno isrl. i. decem tribuuz in hoc fieri mētionē. Tpa q̄ qd? pphetauit eadē debem? accipe q̄ in osee legim⁹ in diebus ozie ioathā. et achas et ezechie regum iuda. et in diebus hieroboā filij ioas regis isrl. Porro factū esse sermonē dñi ad meritū eius referē cui fit. nō ad p̄ditōz ei? q̄ fieri dicit. vt alibi legim⁹. Dñs factus est mihi in salutē. Auditus em̄ in scripturā sanctis nō est iste qd ad aures sonat: sed q̄ in corde percipit iuxta illud qd dñs loquit. Qui habz aures audiēdi audiat. Qd aut dicit hebraice hezimi grece enechziasti. latine sonat auribus percipite. pprie nō aure sed corde percipit. Qui senes sunt et celestes audiūt spūaliter. q̄ aut habitāt in terra appellānt qz terreni. aurib⁹ percipiunt. Ubicūqz aut hec duo yba iuncta ponūt nō ad simplicē tantū yborū sonū. s̄ ad recōditā qz dictoꝝ intelligentiam p̄tinere intelligēdū est. In genesi lamech loquit ad vxores suas ada et sella. Audite yba mea vxores lamech. auribus percipite s̄mones meos. Quia vltimum occidi in vulnus meū: et iuuenē in liuorē

meū. Et esaias. Audite celi et auribus percipite terra.

Item alius plogus in eundem.

**I**n hoc propheta idcirco nec reges nec tpa sunt p̄notata. quia eisdē tꝓibus ac regibus quib⁹ osee pphetauit et ipse pphetauit. Ex trib⁹ igit generib⁹ rhetoz hęc sumunt p̄ncipia et tres sunt argumētoz ptes ex q̄bus incipit solet oīs orator. Aut em̄ dociles. aut beniuolos. aut attentos auditores debet efficere. Hic igit ppheta a magnitudine cladis sumens p̄ncipiū eoz q̄ audituri erant volēs ad p̄niam puocare. reddit attentos admirās futurū malū vt p̄siderantes v̄ture cladis asperitatē: ocius arripent p̄niam Jobel interpretat incipiens. aut domi descendit. Fatuel nō aut latitudo aut ostium dei. Tropologice hoc est qd ostium dei et sciētiaz habuerit aptā. recte incipit ppheta.

Item alius prologus.

**J**obel d̄ tribu ruben: natus in agro bethoron: vbi etiā in pace mortuus est et sepultus.

Incipit argumentū in eundem.

**J**obel filius fatuel describit terram duodeci tribuū. eruca. bruchus. locusta rubigine vastante p̄sumptā: et post euerfionem p̄oris populi effusum iri sp̄m̄salitum sup suos dei et ancillas. i. sup centū viginti credentiū noia: et effulum iri in cenaclo syon: q̄ centuz viginti ab vno vsqz ad q̄ndecim paulatim et p̄ incrementa surgētes. q̄ndecim igit duum numerū efficiūt. qui in psalterio mystice continent.

Explicit argumentū. Incipit Jobel ppheta. Caplm I

**U**erbus domini quod factū est ad iobel filiū fatuel. Audite hec senes: et aurib⁹ percipite oēs habitatores terre si factū est istud in diebus vꝛis: aut in diebus p̄m vꝛoz. Sup h̄ filijs vꝛis narrate: et filij vꝛi filijs suis. et filij eoz generatōi altere. Residū eruce comedit locusta: et residū locuste comedit bruchus et residū bruchi comedit rubigo. Ergo scimini eoz: fete et vultate oēs q̄ bibitis vinū i dulcedine: quā perijt ab ore vꝛo. Sens em̄ ascendet sup fr̄am meā fortis et innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis: et molares ei? vt catuli leonis. Posuit vineā meā in desertū: et sicū meaz decori